



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

12 de Hereditatibus, aut portionibus illarum in fiscum delatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

luna inuenerit, cum domino soli vel fisco partitur, & hac fuit etiam *Adriani* constitutio, teste *Elío Spartiano*, in *Adriano*, §. *the- fauros*, de *rer. diuis.* in incipio vel nolente domino in alieno in- quens inueniat, omnis domino debetur: si autem magicis & malis artibus alicubi quis inuenerit, fisco quærit. *l. 1. de thesaur. lib. 10. C. iii. §. thesauros. de rer. diuis. §. final. que sint regalia, lib. 2. feudo. tit. 56.* Absurdum enim esset, ut quis ex eo lucrum caperet, unde pœnâ meretur. Constituerunt autem leges pœnas magis, hariolis & huiusmodi superstitionis & perniciosiis hominibus. *l. 3. & 4. de mathe. & malefic. lib. 9. C. tit. 18. cap. 1. 2. 3. de furtileg. lib. 5. Decretal. tit. 21. vsta 16. quæst. 2. Deuteron. 18. Leuit. 20. & 27. 1. R. g. 28. cum similib.* Plato porro *lib. 10. de legib.* omnino a thesauris inuentis abstinendum esse docuit, nisi quis sit ex familia eorum, qui recondiderunt: atque ideo publice sacrandum voluit modico præmio accepto, veluti sapientes tripodem auream inuentum in mari, Deo potius consecrandum consecrandum, quam sibi reseruandam. *Diog. Laert. in Solone. Theauri* nomen non omnem pecuniam reconditam continet, sed eam tantum, de cuius dispositione seu infusione, non exstat memoria. *l. 1. de thesaur. lib. 10. C.* Alloquin autem, si quis metu bellorum aut latro- num aut custodia causa infoderit, non est thesaurus huius generis, ut cedat inuentori, imo factum qui effoderit, committit, *Paulus l. nunquam nuda. 31. §. thesaurus. de acquir. rer. domin. lib. 44. P. tit. 1. nam & possidere dicitur is pecuniam, qui eam terra condidit, etiam si ignoret locum vbi condiderit. l. peregre, 44. de acquir. posses. lib. 41. P. tit. 2.*

¶ Actus in suo inuenire dicitur non solum dominus loci, eum pleno dominio possidens, sed etiam emphyteota, qui vile dominium habet in prædio vestigali: tum quia proprie thesaurus, nec fructus quidem fundi est ciuilis aut naturalis. *l. diuersio. §. fundum solut. marim. l. 3. §. Neratius. de acquir. posses. in P.* sed res penitus ab eo separata, nihil habens cum fundo commune. Et proinde, fortunæ donum in visceribus terræ conditum, *Menander in fabula, que thesaurus, & l. si is qui, §. quod si seruus, de acquir. rer. domin. nullius & quod inuentori, ut occupanti potius cedere, quam alii debeat.* Tum etiam quia emphyteota habet vilem actionem pro fundo petendo & in rem, *Paul. in l. si ager veltig. vel emphyteo. petat.* suamque cuiusque videretur quod vindicari potest. *Vipianus, l. Quintus Mutius, 29. §. argenteo legato. & §. cui legato est, de auro & argenteo. legat. lib. 34. P. tit. 2.* Et metum est, cuius vindicandus habet. *Celsus, l. solum, lex 49. §. meum est, de rei vind. l. b. 6. P. tit. 1.* Cum in rem actio competat eis, qui iure gentium, aut ciuili. dominium acquirant. *Paul. in rem actio. 29. eod. P.* Proinde emphyteota in suo inuenisse dicitur, si inueniat thesaurum in re emphyteotica, & sibi totum acquirat, vel si alius ibi inueniat, medietatem tanquam dominus, præfertur quoque domino directo, eum etiam emphyteotarios possessores Theodosius vocet fondorum dominus. *l. possesores. 12. in fine de fundis patrim. lib. 1. C. tit. 61.* Et ita Angel. Aretino contra Placentinum defendit in *§. thesauros, de rer. diuis.*

¶ Hinc sequitur thesaurum inuentum in fundo, in quo vsusfructus debetur alicui, non vsufructuario, sed domino directo quæri. Quod & Tryphonius Iuriconsultus respondit, in *l. si is qui in aliena potestate, 6. §. quod si seruus, de acquir. rer. domin. lib. 41. P. tit. 1.* Sic & si quis vsufructuario, hic qui hypothecæ nomine possidet, ut thesaurum in re hypothecata inuentum non sibi quærat, sed debitori, ut domino relinquat, d. *§. quod si seruus, quæquæ alienare possit pro debito, §. contra quibus aliena licet, lib. 2. Insti. tit. 8. cum similib.* Id ipsum in marito, si inueniatur thesaurus in fundo dotali inestimato, dicendum, ut nec illi, sed vxori quærat, nisi ipsa metum inueniat, tunc enim, ut alius in alieno inueniens, iure inuentiois medietatem consequitur, *Papinianus in l. diuersio. §. si fundum, §. l. mar. lib. 24. P. tit. 3.* quod & in vsufructuario & creditore intelligo vera, ut inuenientes ipsi in prædio vsufructuario vel oppignerato, mediam consequantur partem, tanquam in solo alieno inuenientes, non tanquam in domino.

¶ Ceterum in mercenario, qui operas suas locauit, si fodiendo vel ædificando inueniat thesaurum, Angelus notat nihil eum inde percipere debere, *Angel. Aret. in d. §. thesauros. n. 2. de rer. diuis.* argumentum pro procuratoris qui ex mandato domini agens, fidei in putat vel aliud: omnia domino restituere tenetur, et in iuste a iudice fuerint assignata. *Caius, in l. 46. §. procurator, de procurator. lib. 3. P. tit. 4.* Ex ¶ Apulie regni statuto, thesaurus reconditus inuentus siue publico siue privato loco, fisci omnino erat. Alia postea lege Caroli 2. diuidendus inter regem & inuentorem;

Matthæus de Afflict. constit. Neapolita. de offic. secret. Lege Constantini qui quis thesaurum, reperisset, vltro ad fiscum referre debebat, de *Thefaur. in C. Theodos.* Ludouici noni constitutio etiam aureum thesaurum aurifodinas, Regi omni modo attribuit. Et ita vetustissima extant Senatus Parisiensis decreta, thesaurum autem quocumque in agro repertum ad principem: argenteum ad agri proprietatem pertinere anno 1259. & 1261. *Chopinus, lib. de domino 2. lib. tit. 5.* Ea de re sic etiam Eduardus primus Angliæ rex statuit, Thesauros de terra, domini regis esse, nisi in templo vel in cœmiterio inuenirentur, eoque casu aurum regis fore, eum argenti partem dimidia, residua parte ecclesiæ attributa. in *leg. Saxoni. Lambardi.* Theodosius Ostrogothus Italix rex, quoque depositas pecunias ex longa vetustate dominis carentes, ad fiscum pertinere statuit. *Cassiod. lib. 6. variarum.* At aliquando Parisiensis Senatus diuidendum thesaurum a principe cum repertore pronuntiavit. *Joan. Gal. q. 193. decis. per aref. Sed & Calend. Sextil. anno. 1570.* expulso fisco regio thesauri reperti pars vna domino iuridico, altera repertori, tertia alia domino fundi proprietario assignata. *Chopinus vbi supra.*

De Hereditatibus, aut portionibus illarum in fisco delatis. Cap. 12.

1. Fiscus olim auctus in instituto principe qui hereditates prinatorum acceptaret.
2. Principes qui repudiarunt sibi delatas hereditates.
3. Cautum, ne liceat Imperatori eius causa institueri.
4. Caduca hereditates quando in fisco delata.
5. Vigesima hereditatum aliquando delata in fisco.
6. Descriptio vniuersi orbis quare & quando ab Octauio imperata, eod.
7. Decima legis Papie & vigesima testamentaria sublata.
8. Decima omnium hereditatum Turcæ principi pendunt. Patalnagius estimator bonorum Turcis.
9. Hereditates mortuorum ab intestato sine proximis, & vxore, vel marito deferuntur fisco nunc, ut bona vacantia.
10. Albanagium & Gallia princeps succedit alienigenis in regno mortuorum, non filiiis regni, eod.
11. Excessus filius, Bononia habet & hoc ius eod. & Sicilia, 14.
12. Nothi seu spurii ab intestato decedentibus succedunt principis, vel dominus loci, qui iurisdictionem habeat loci, vide & 13.
13. Delata fisco non potest quadriennio, non delata 20. annis præscribantur.
14. Bona vacantia & regis, interdum & dominorum iuridicorum sunt.
15. Hereditates & legata indignis relicta quando fisco deferantur.

NON respicit Princeps hereditates, eorum qui eum instituerunt, & ita illæ quoque fisco augent. *l. 1. de iur. fisci in P. V. tit. 1. Paul. in l. 2. de offic. procurat. Cesar. lib. 1. P. tit. 19.* Mos namque antiquus erat, vel metæ vel gratiæ aucupandæ causâ instituti Imperatores: vnde Caius Caligula ad conficiendam pecuniam ed. eum Senatuscon. proposuit, ut qui ante heredem sibi delinasset Tyberius, Cæsar legaret morte sua. *Dion Cassius lib. 59.* quamuis Paulo Iurisc. placuit eius bona, qui se Imperatoris heredem facturum esse iactauerit, a fisco occupari non posse. *l. eius bona. 31. de testam. lib. 28. P. tit. 1. facit. l. notumus. & Lex imperfecto, C. de testa.* ¶ Neque etiam omnes principes in ea fuerunt sententia, quinimo & aliqui illorum, delatas legitime repudiarunt eorum, quibus erant proximi vel filii, ut *Adrianus* fecit teste *Spartiano in vita Adriani.* Et *Antonius Pius* alio nomine dicitur *Aurelius Jul. Capitol. in vita Antonini Pii.* Et *Octavianus Cæsar* nunquam quicquam exignito testamento capere sinituit. *Sueton. in Octauio. c. 66.* Nec *Flavius Domitianus* ab illis accepit, quibus liberi essent. *Sueton. in Domitia. c. 9.* Qui omnes excelluerunt maxime in hoc & Tyberio iustiores, qui auarissimus cum esset, omnes sibi delatas hereditates lubens adibat. *Dion Cassius lib. 58.* Vnde & plures illam instituebant vel ad inuidiam aliorum, vel ut vindictam facilius per ipsum heredem exsequerentur in alios. ¶ Cui tamen malo postea prospicendum cautumve, non licere Imperatorem litis causâ heredem institueri, minusque inuidiosum visum, neque calumniæ facultatem ex principali maiestate capi oportere. *Paul. in l. Imperatorem, 91. de hered. inst. inuen. lib. 28. P. tit. 1.* Alius quoque *Pertinax* hac de re Senatusconsultum tulit, & eo se professus est nullius se aditorum hereditatem, quæ aut adulatione alicuius delata esset, aut lite perplexa, aut legitimi & necessarii



heredes reseruentur. Addiditque senatusconsulto, *Sanctius est, patres conscripti, inopem rem publicam obinere, quam ad diuitiarum cumulum per discrimen ac dedecorum vestigia peruenire.* Jul. Capit. in *E. 10 Perimace.*

4. Præter institutionem & voluntatem quoque decedentium hereditates olim ad principem vel eius fiscum deuoluebantur, quando perueniebant in causam caduci: veluti si institueretur quibus non erat in rerum natura, vel non existenti legeretur, vel institutus vita decederet ante testatorem. Sublatum tamen hoc postmodum tempore pacis, quod erat ob penuriam temporis belli inductum. *L. 1. §. 1. Et §. Et cum triplici, Et §. pro secundo, de ad. tol. lib. 6. C. tit. 50.* Itam legem de augenda ætario, quæ postea moderata fuit, tulit senior Augustus, ut scribit Cornelius Tacitus *lib. 3. annal.*
5. Fuit & aliquando ex hereditatibus & legatis pars adiudicata fisco, & ætario militari vigesima per eundem Augustum Octavianum, qui eam instituit exceptis his, quæ proximo genere iunioribus, ac pauperibus morte aliorum relinquerentur. *Dion Cassius, lib. 55.* quæ cum onerosa viâ fuisset Romanis, dicerentque se quoduis aliud tributum, quam vigesimam passuros: Octavianus, anno vrbis conditæ 766, anno 1. sui quinti decennii imperii in agros & domos pensionem transfudit, ac statim non ostenso quantum aut quomodo cullibet pendendum foret, alios alio diuisit, qui priorum ac ciuitatum facultates describeret, ut cum singuli maiorem iacturam vererentur, mallent vigesimam pendere: idque eius consilium ita res ipsa probauit. *Dion Cassius lib. 56, Hist. E. dictamque fuisse propositum de illa descriptione meminit Diuus Lucas c. 2. amanuensis tacet: Exiit, inquit, edictum a Cesare Augusto, ut describeretur vniuersus orbis, &c.* Legem vigesimæ renouauit M. Antonius philosophus, ut testis Iulius Capitolinus. in *M. Antonio.* Iulianus & huic aliam addidit Adrianum vult, utpote qui valde fuit de ætario studiosus, ut scribit Eutropius *lib. 8.* Ipse autem Iulianus quæ de hereditatum vigesima introducta erant, sustulit. *Lectio D. Adriani, 3. de edict. D. Adria. toll. lib. 6. C. tit. 10.* Sicut & sublata decima, quæ ex lege Papia de hæcatur ex legatis a viro uxori, vel ab uxore marito relictis, si illis non essent legitimi liberi. *L. 2. de in fr. par. calbat. lib. 8. C. tit. 8.*
7. Apud Turcas eorum Imperator, bonorum defuncti decimam quamque corradit, et si defuncto legitimus sit heres. Estque eius rei gratia magistratus æstimationem bonorum faciēs, dictus *Peraluagius.* Accipit tamen nunc & fisco hereditates mortentium ab intestato sine proximis, uxore, vel sine loco liberalitatis a principe collatæ, tanquam in bonis vacantibus, exclusis ciuitatibus, quæ ius fisci non habent. *Dioclet. & Max. in l. 1. & Theodo. & Honor. in l. vacantia, 4. de bon. vacantib. lib. 10. C. tit. 10.* Et sic Theodoricus rex Gottorum scribit, *Cassiod. lib. 6. Variarum, proximis defunctorum nobis legaliter antepositis, quia in hoc casu principis persona post omnes est: sed huic optamus non acquirere, dummodo sint qui relicta debeant possidere.*
9. Hoc & in Gallia obtinet, ex cuius generali consuetudine rex iure albanagii, id est, albinati, extraneis albinatis succedit, si illi non fuerint cægalcolæ a principe facti, id est, ut diximus si non fuerint affiliati, vel naturalisati, etiam si fecerint testamentum.
10. Et tamen nothis quoque, siue spuris non legitimis succedit Princeps, sicuti & quilibet dominus directus habens iurisdictionem spuris decedentibus in suo territorio, si illis non sint descendentes ex linea recta legitimi & naturales, ut sæpe se cædunt hæc quæ diximus tam in alienigenis seu peregrinis, quam spuris iudicatum est. *Papus lib. 5. rapso. arest. tit. 2. arest. 1. Guillel. Bened. in ca. Raynuitus, in verbo & uxorem nomine, decis. 5. n. 480.* Possunt tamen ex consuetudine testari spurii seu bartardi. *Boer. ad consuet. Bituri tit. de testam. §. si. Pyrribus, ad consuet. Aureliæ. tit. 14. de successib. §. Et tamen quamquam sint filii peregrinis, tamen fisco his exclusis succedit, quia illorum patres, sine adoptione regia, non sunt capaces acquisitionis bonorum in regno, nec etiam beneficiorum, ut decilum constitutione regia 6. Idus Martias 1431. ut nec Bononiæ extranei, ut ait *Barbatia consil. 23. vol. 1.**
12. Ceterum tamen ad bona aduenarum seu peregrinorum vocatur principis fisco, tanquam ad bona vacantia, quæ principis sunt: nisi si delata sint, & admonitus, de his fisco non petierit, quo casu iure possunt præscribi contra fisco quadriennio, *L. 1. §. diuus, de iure fisci lib. 49. P. tit. 19. in l. de quadrienn. præscr. lib. 7. C. tit. 37.* quæ non delata sunt, viginti annis *d. §. diuus, l. 1. de iur. fisci.* In Gallia autem Chastaneus in vtroque casu triginta annos desiderari putat. *Chassan in consil. Burg. tit. 2. §. 1. in verba, qui consil.*

que la corps, num. 34. Et in rub. de cens. §. 2. vers. Et semblablement se faire. nu. 20. Et tunc exaltat constitutio 8. Idus Sept. 1486. quæ fisco in notherum bonis occupandis præfertur dynastis, qui aliquando sibi hoc ius adfiscunt, ut ait Paul. Castr. consil. 34. Vnde & in lib. 2. Camere ratiociniorum fol. 320. scriptum est, bona fastarum decedentium in terra altorum iustitiariorum, non capiuntur per officarios regis, nisi confiter per informationem legitimam regem esse in possessione capiendorum in illo loco: quod si dubium sit, fiat inuentarium, & tradatur in manus fisco. t. Apud Siculos intestato aduena, quem ipsi *garagangum* vocant, mortuo, bona in fisco coguntur. *Constitutio. Neapol. de offic. secreti, & ibi Mart. de Affili. §. Competunt* & bona vacantia non solum principibus, sed & aliis dominis iuridicis aliquando, qui ius gladii habent, secundum mores diuersos. Perueniunt & alio modo ad fisco hereditates & legata. Et quæ melius ad pœnaliam cõpendia hic modus referendus esset, tamen de hereditatibus ad fisco defendendis institutus sermo dabit huic modo locum: nempe cum is cui relinquitur tacite legatum, vel hereditas: non potest capere, incapaxque non se deserit, ut partem aliquam consequatur: tunc enim fisco relicto potitur. *Paul. in Ledito, 13. de iur. fisci. l. 1. eod. P. l. 1. C. de delator. lib. 10. tit. 11.* Quæ reddunt autem incapacem, ut illi in fraudem relinquitur tacite non possit, plura sunt, ut damnato in metallum relinquitur, vel hæretico, vel nato ex nefario coitu, & similia quæ enumerat & probat gloss. in *L. 1. de iure fisci in P.* Ideo hereditates fideicommissariæ, de quibus contra legem restituendis personis prohibita a lege promissionem quis adhibuerit, fisco deferuntur. *Papin. l. cum qui. 18. de iis quib. ut indig. li. 34. P. tit. 9.* Defertuntur & successiones mortuorum, quorum hereditates heredes adierunt ante vindictam necem eorum, quibus succedunt. *L. f. ea. 9. 3. de iis quib. ut indig. lib. 6. C. tit. 35. Vlp. l. necessarios, l. 5. §. 1. ad Senat. Scyllania. lib. 29. P. tit. 5. leg. 1. de iur. fisci. in P. Ulpian. l. Marcellus, 3. §. fin. ad Sen. Trebell. lib. 36. P. tit. 1.* Quod & in patronis etiam receptum est, ut nisi liberatorum necem vindicent, fisco ab illis hereditates repositæ, cum omnes heredes, ut ait Paulus, *l. q. ortiones. 21. de iis quibus ut indig. in P.* in defunctos officiosos esse oporteat. Quod tamen intelligendum, dummodo heres pupillus non sit, qui ob ætatem ab indignitate illa excusatur, *d. l. f. ea. questio. & l. minoribus, de iis quibus ut indig. C. quia ibi nulla culpa esse videtur, vbi consilii defectus esse compititur.* Quo fit, ut is heres etiam non priuatur hereditate, qui cum ignoraret auctores patris sceleris, mortem non vindicauit. *L. f. id eo vltio, 7. eod. tit. C. de iis quib. ut indig. l. cum fratrem, 9. eod. C.* Sic quoque nec is priuatur, qui ante suam culpam, in agendo ab alio præuentus fuit: tunc enim tuto adit si culpa negligentia non imputatur: contra si imputari possit. *L. fororem, l. 10. C. eod.*

De viis publicis. Cap. 13.

1. Via publica iuris regalis est, quidque, via publica. Via diuisio & species publica priuata.
2. Vicinalis iter, actus, via quid. Via publica latitudo quanta esse debet, eod.
3. Vias publicas non licet occupare vel concludere priuatis, quibus sine metu occupantibus quilibet potest se opponere.
4. Viarum publicarum cura aliquando fuit consulum & aditum curulum, & quid huiusmodi curarent in eis, ac vniuersi Grecorum.
5. Curator viarum aliquando solus qualis potestas eius, & quot constituit. Curam tandem viarum, & securitatem in Cæsares transfulerunt. Quare & vestigial exigunt. Maestre des ports & passages, in Gallia quis.
6. Via publica communes vsu, non vicina illis prædia, in quibus non est declinandum.
7. Itinera viarum per miliaria & lapides metiebantur ab antiquis. Et quomodo columna lapideæ viis apponerentur.
8. Lex viarum vna, comiter iter docendum esse.

Regaliæ censetur tamen via publica, §. 1. quæ sunt Rega. lib. 2. fen. dor. tit. 56. Viam publicam eam dicimus, coitis etiam solum publicum est, *l. 2. §. viam publicam, ne quid in lo. pu. lib. 43. P. tit. 8.* non enim sicut in priuata via, ita & publica accipimus, viæ enim priuatae solum alienum est, ius tam eundi & agendi nobis competit seruitutis iure. *d. §. viam, & in l. loci, si ferat. v. ind. in P.* Sic viæ publicæ siue basilicæ vel regie, prætorie, consulares, priuatae aliæ, quæ & agrariæ, & vicinales quæ in vicis sunt, vel in vicis dantur. *l. 2. §. viarum, ne quid in loc. pub. 3. de loc. & itin. publ.*

¶ Inter